

VĚTY ÚČELOVÉ

1. Přeložte do češtiny. Zdůvodněte použití vyznačených tvarů.
1. Sin autem servire meae laudi et gloriae mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu, confer te ad Manlium, concita perditos civis, secerne te a bonis, infer patriae bellum, exsulta impio latrocinio, ut a me **non** eiectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris. (Cic. *Catil.* 1, 23)
2. Legem enim brevem esse oportet, **quo** facilius ab imperitis teneatur. (Sen. *epist.* 94, 38)
3. **Ne** genus belli **neve** hostem **ignoretis**, cum iis est vobis, milites, pugnandum, quos terra marique priore bello vicistis, a quibus stipendium per viginti annos exigistis, a quibus capta belli praemia Siciliam ac Sardiniam habetis. (Liv. 21, 40, 5)
4. Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica est, mentis, **ut ita dicam**, praestringit oculos nec habet ullum cum virtute commercium. (Cic. *Cato* 42)
5. Igitur legatos ad consulem cum suppliciis mittit, qui tantummodo ipsi liberisque vitam **peterent**, alia omnia **dederent** populo Romano. (Sall. *Iug.* 46, 2)
6. Annum feminis ad lugendum constituere maiores, **non ut** tam diu lugerent, **sed ne** diutius: viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum. (Sen. *epist.* 63, 13)
7. Brevitas tuarum litterarum me quoque breviorum in scribendo facit et, **vere ut dicam**, non satis occurrit, quid scribam. (Cic. *fam.* 12, 9, 1)
8. Itaque ipsi, **ne dicam mihi**, rei publicae poenas dederunt: me salvum adhuc res publica conservavit sibi. (Cic. *Phil.* 12, 24)
9. Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus est cibus, **ut** saturae studiosius nidis **inmorentur neve** longius evagatae **refrigerent** ova. (Colum. 8, 5)
10. Atque **ut omittam** Graeciam, quae semper eloquentiae princeps esse voluit (...), in hac ipsa civitate profecto nulla umquam vehementius quam eloquentiae studia viguerunt. (Cic. *de orat.* 1, 13)
11. Animalia quaedam, ne inveniri possint, vestigia sua circa ipsum cubile confundunt: idem tibi faciendum est. (Sen. *epist.* 68, 4)
12. Huc magno cursu contenderunt, ut **quam** minimum spatii ad se colligendos armandosque Romanis daretur, exanimatique **pervenerunt**. (Caes. *Gall.* 3, 19, 1)
13. Eius rei, ut alios **omittam**, Hannibalem vestrum vobis testem **darem**, nisi vos ipsos dare possem. (Liv. 37, 45, 12)

2. Přeložte do latiny

1. Přišel, aby převedl legie na Sicílii.
2. Navečer Caesar rozkázal zavřít brány a vojákům přikázal odejít z města, aby v noci obyvatelé neutrpěli od vojáků nějaké bezpráví.
3. Jak dávno už nemám, co bych ti psal! Přece ti však píšu, ne abych tě potěšil svým dopisem, ale abych vyloudil dopis od tebe.
4. Odešli v noci, aby nemohli být zpozorováni.
5. K veliteli byli posláni poslové, kteří by řekli, že Jugurtha vykoná příkazy.
6. Důvodem mého příchodu bylo (to), abych si odtud vzal jakési knihy.
7. Biturigové pošlou k Haeduům posly prosit o pomoc, aby tím snadněji mohli zastavit nepřátelské jednotky.
8. Jsme silní proto (*ad hoc*), abychom nosili lehké věci?
9. Koho pokládají, abych tak řekl, za boha mezi lidmi?
10. Řeknu ti, co musíš zachovávat, abys žil bezpečněji (*tj. bezpečnější*).

převést	trādūcō, ere, dūxī, ductum
navečer	sub vesperum
v noci	noctū; nocte
obyvatel města	oppidānus, ī, m.
utrpět bezpráví od (někoho)	iniūriam (iniūria, ae, f.) accipiō, ere, cēpī, ceptum ā +abl.
dávno	dūdum
▪ jak dávno	▪ quam dūdum
potěšit (někoho něčím)	dēlectō, āre, āvī, ātum +ak. (alqm) +abl. (alqa re)
vyloudit	ēliciō, ere, licuī, licitum
zpozorovat, spatřit	cōspiciō, ere, spexī, spectrum
Jugurtha	Iugurtha, ae, m.
příkaz	imperātum, ī, n.
▪ vykonat příkazy	▪ imperāta faciō, ere, fēcī, factum
odtud	hinc
vzít	prōmō, ere, prōmpsi, prōmptum
Biturigové	Biturīgēs, um, m.
Haeduové	Haeduī, ōrum, m.
pomoc	subsidiū, īi, n.
▪ prosit o pomoc	▪ subsidiū (ak.) rogō, āre, āvī, ātum
zastavit (jednotky, útok,...)	sustineō, ēre, tinuī, tentum +ak.
jednotky	cōpiae, ārum, f.
silný	fortis, e
lehký	levis, e

nosit	portō, āre, āvī, ātum
zachovávat	observō, āre, āvī, ātum
bezpečný	tūtus, a, um

3. Přeložte krátké věty se spojkou „aby“

1. Prosili jsme je, aby přišli.
2. Přišli, aby nám pomohli.
3. Nikdo jim nebránil, aby přišli.
4. Bylo třeba, abyste přišli.
5. Bojí se, aby přišli včas.
6. Je nutné, abys mu to řekl.
7. Pošlu ti svého přítele, aby ti všechno vysvětlil.
8. Bylo jim přikázáno, aby zůstali doma.
9. Nemůže se stát, aby jim to neřekl.

4. Dejte sloveso do správného tvaru

1. Hanc (= epistulam) Graecis conscriptam litteris mittit, ne intercepta epistula nostra ab hostibus consilia (*cognoscere*) _____. (Caes. Gall. 5, 48, 4)
2. Ego, ut (*minuere; ego*) _____ suspicionem profectionis aut cogitationis meae, profectus sum in Pompeianum a. d. IIII Id. (Cic. Att. 10, 16, 3)
3. Sub dicione vestra sumus; mittite, qui arma, qui obsides, qui urbem patentibus portis (*accipere; kteří by přijali*) _____. (Liv. 5, 27, 13)
4. Mores quidem populi Romani quantum (*mutare; se změnily*) _____, vel hic dies argumento erit. Horum patres Pyrrho regi, hosti armato, exercitum in Italia habenti, ut a veneno (*cavere; aby si dával pozor*) _____, praedixerunt: hi legatum consularem, qui auctor (*esse; aby byl*) _____ Prusiae per scelus occidendi hospitis, miserunt. (Liv. 39, 51, 10–11)
5. Atque haec nunc non ut (*facere; tu*) _____, sed ut te (*facere; že děláš*) _____ et (*že jsi udělal*) _____ gaudeas, scribo. (Cic. ad Q. fr. 1, 1, 8)
6. Bomilcare aliisque multis, quos socios insidiarum cognoverat, interfectis iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio (*oriri*) _____. (Sall. Iug. 72, 1)
7. Ut enim alios (*omittere; ego*) _____, nobis rem publicam gubernantibus nonne togae arma cesserunt? (Cic. off. 1, 22)
8. Angustias enim Themistocles (*quaerere*) _____, ne multitudine circumiretur. (Nep. Them. 3, 2)

5. Vyberte správný tvar nebo správné tvary

1. Fide data egressus (*claudere, claudi*) curiam iubet, praesidiumque in vestibulo relinquit, ne (*aliquis, quis, quisquam*) adire curiam iniussu suo (*neve, ut non, et ut, neu*) inde egredi possit. (Liv. 23, 2, 10)
2. Quod autem idcirco a te missus est, mihi ut se (*purgaret, purget, puergere*), id necesse minime fuit. (Cic. *ad Q. fr.* 1, 2, 2)
3. Tum demum necessario Germani suas copias castris eduxerunt (...) omnemque aciem suam raedis et carris circumdederunt, (*ut, ne, neve*) qua spes in fuga relinquere-tur. (Caes. *Gall.* 1, 51, 2)
4. Ad Aetolos mittit legatos, ne gens inquieta adventu Romanorum fidem (*mutet, mutaret*). (Liv. 31, 28, 6)
5. Ac (*quod ne, ne quod, ne quid, quod non, ut non*) periculum incideret, quod noctu fiebat, praesidium ei [sc. Attico] misit. (Nep. *Att.* 10, 4)
6. Nam ut (*omitterem, omittam*) Philippum, quem absens hostem reddidit Romanis, omnium iis temporibus potentissimus rex Antiochus fuit. (Cic. *Hann.* 2, 1)
7. Hoc proelio facto reliquas copias Helvetiorum ut consequi (*possit, posset*), pontem in Arari (*faciendum, ad faciendum, faciendo*) curat atque ita exercitum traducit. (Caes. *Gall.* 1, 13, 1)
8. Firmo in Treveris ad pontem praesidio relicto, ne quis ab his subito motus (*oriatur, oreretur*), reliquas copias equitatumque traducit. (Caes. *Gall.* 6, 9, 5)
9. Eundem vidi postea Veliae, cedentem Italia, ne (*aliquae, aliqua, quae, qua*) (*oriatur, oreretur*) belli civilis causa propter se. (Cic. *Phil.* 10, 8)
10. Medico ipsi puto aliquid dandum esse, (*ut, quo*) sit studiosior. (Cic. *fam.* 16, 4, 2)
11. Sed postridie Sesti pueri venerunt, (*ut, qui*) a te litteras attulerunt... (Cic. *Att.* 3, 17, 1)
12. Capuam tamen proficiscebar haec scribens, quo facilius de Pompei rebus (*cognoscerem, cognoscam*). (Cic. *Att.* 7, 19, 9)

6. Určete typ zvýrazněných vět

1. Sed **ut** ad solacia veniam, videamus primum, **quid** curandum sit, deinde quemadmodum. (Sen. *dial.* 6, 19, 1)
2. Idque eius rei causa antiquitus institutum videtur, **ne** quis ex plebe contra potentio-rem auxilii egeret. (Caes. *Gall.* 6, 11, 4)
3. Etiam illud verendum est, **ne** brevi tempore fames in urbe sit. (Cic. *fam.* 14, 14, 1)
4. Cuius principio anni legati ex Volscis, Fabraterni et Lucani Romam venerunt orantes, **ut** in fidem reciperentur. (Liv. 8, 19, 1)

5. Ante senectutem curavi, **ut** bene viverem, in senectute, **ut** bene moriar: bene autem mori est libenter mori. (Sen. *epist.* 61, 2)
 6. Idcirco **ne** nos populus Romanus consules fecit, **ut** in altissimo gradu dignitatis locati rem publicam pro nihilo haberemus? (Cic. *Phil.* 1, 14, 6)
 7. Quid metuebat? **Ne** oppugnaretur a perdito an **ne** accusaretur a damnato an **ne** exsulis testimonio laederetur? (Cic. *Cluent.* 170)
 8. Convocavi homines, coegi, armavi, terrore mortis ac periculo capitis **ne** accederes, obstiti. (Cic. *Caecin.* 24)
 9. Salvum tu me **esse** cupisti: hic fecit etiam, **ut** esse possem. (Cic. *Planc.* 79)
 10. Faciam, **ut** potero, Laeli. (Cic. *Cato* 7)
 11. Monet, **ut** ignes in castris fieri prohibeat, **ne** qua eius adventus procul significatio fiat. (Caes. *Gall.* 6, 29, 5)
 12. Haec scripsi, **non ut** de me ipse dicerem, sed **ut** tu, **qui** coniunctissima fuisti mecum et sententia et voluntate, eadem cogitares. (Cic. *fam.* 6, 21, 2)
 13. ...Platorem occidit et duos amicos eius, Ettritum et Epicadum, impigros viros, **quo** tutius regnaret. (Liv. 44, 30, 3)
 14. Ad hoc detrimentum accessit, **ut** equitibus per oram maritimam ab Antonio dispositis aquari prohiberentur. (Caes. *civ.* 3, 24, 4)
 15. Itaque rem suscipit et a Sequanis impetrat, **ut** per fines suos Helvetios ire patiantur, obsidesque **uti** inter sese dent, perfecit: Sequani, **ne** itinere Helvetios prohibeant, Helvetii, **ut** sine maleficio et iniuria transeant. (Caes. *Gall.* 1, 9, 4)
 16. Id **quo** facilius facere possitis, dabo operam, **ut** a principio res **quem ad modum** gesta et contracta sit, cognoscatis. (Cic. *Quinct.* 10)
 17. Da mihi quemquam, **qui** magnificentius dominum servaverit. (Sen. *benef.* 3, 23, 5)
 18. Postquam ira et avaritia imperio potentiora erant, praeconibus per urbem missis liberos omnes in forum ad se convenire iubet, **ne** violarentur. (Liv. 37, 32, 13)
 19. ...ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, **qui** consulerent Apollinem, **quo** potissimum duce uterentur. (Nep. *Milt.* 1, 2)
 20. ...raro, sed tamen factum est, **ut** populus deligeret imperatorem. (Cic. *Vatin.* 36)
- 7. Vyjádřete účel jiným způsobem**
1. Et legati, qui missi **ad res visendas** in Macedoniam erant, iam reverterant Romam renuntiaverantque bellum in Dardania esse. (Liv. 41, 19, 4)
 2. Quae cum essent nuntiata Marcello, legatos extemplo Syracusas misit, **qui** pacis fidem ruptam esse **dicerent**... (Liv. 24, 29, 5)

3. Legati introducti in senatum maxime in hanc sententiam locuti sunt: „Populus nos Campanus legatos ad vos, patres conscripti, **misit** amicitiam in perpetuum, auxilium praesens a vobis **petitum**.“ (Liv. 7, 30, 1)
4. Alterum ad Gaium Fabium legatum mittit, **ut** in Atrebatium fines legionem **adducat**, qua sibi iter faciendum sciebat. (Caes. Gall. 5, 46, 3)
5. Ubii, qui ante obsides dederant atque in deditionem venerant, **purgandi sui causa** ad eum legatos mittunt, **qui doceant** neque ex sua civitate auxilia in Treveros missa neque ab se fidem laesam. (Caes. Gall. 6, 9, 6)
6. ...legati Transalpini ab regulo Gallorum (...) Romam **venerunt**, **pollicentes** ad Macedonicum bellum auxilia. (Liv. 44, 14, 1)
7. Decem legati erant principes civitatis, auctore Hannibale **missi ad petendam pacem**. (Liv. 30, 36, 4)

8. Vyberte jednu nebo více možností a uveďte argumenty pro svoje tvrzení

1. Veni igitur, quaeso, ne tamen semen urbanitatis una cum re publica intereat. (Cic. fam. 7, 31, 2)
 - Tvar *veni* je imperativ.
 - Tvar *veni* je prézens historický.
 - Tvar *veni* je tzv. perfektum logické, které má platnost času hlavního.
2. Adpropinquanti praefectus praesidii obvius fuit, triginta dierum tempus petens, ut regem Antiochum de urbe tradenda consuleret. (Liv. 38, 37, 10)

Věta se spojkou *ut* je:

 - věta žádací
 - věta účelová
 - věta oznamovací
 - věta srovnávací
3. Quis, quaeso, inquit, est, qui quid sit voluptas nesciat, aut qui, quo magis id intellegat, definitionem aliquam desideret? (Cic. fin. 2, 2, 6)
 - Věty uvozené *qui* jsou věty vztažné s účelovým významem.
 - Věty uvozené *qui* jsou věty vztažné s jiným než účelovým významem.
 - V souvětí není obsahová věta tázací.
 - V souvětí se nachází věta s účelovým významem.
 - Věty uvozené *qui* jsou obsahové věty tázací, protože se vztahují ke *quis*.
 - *Quaeso* uvozuje obsahovou tázací větu.

4. Quaeritur, an qui omnia fecit, ut beneficium redderet, reddiderit. (Sen. *benef.* 7, 14, 1)
- Tvar *reddiderit* je příkladem porušení souslednosti, protože následuje po *fecit*.
 - Věta s *ut* je účelová.
 - Věta s *ut* je žádací.
 - Věta s *ut* je věta obsahová oznamovací.
 - Věta s *an* je rozlučovací otázka.

